



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Superbiae remedia sunt sex.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

CHRISTIANA

Vbi fuerit superbia, ibi & contumeliam  
&c. Quartum est, quia maledictio-  
nem inducit. Ecclesiasticus. Initium  
**Ecc.10.** omnis peccati est superbia, qui tenu-  
**Isa.2:12** rit eam, adimplebitur maledictis. Isa.  
Dies domini super omnem super-  
bum, & excelsum, & super omnem  
arrogantem.

*Superbiæ remedia sunt sex.*

**Gregor.** **P**rimum est consideratio melio-  
ris. Vnde Gregorius. Sicut in  
centium elationis est respe-  
ctus deterioris, ita cautela humilitatis  
est consideratio melioris. Secun-  
**Eccl.25** dum est cohabitatio humilium. Sicut  
qui communicat superbo, induet su-  
perbiæ, sic qui communicauerit hu-  
mili, induet humilitatem. Tertium  
**Mich.6** est consideratio uilitatis corporalis.  
**Augus.** Micheas. Humiliatio tua in medio  
tui. Quartum est exemplum Christi.  
Augustinus. Medicina tumoris homi-  
nis, est humilitas Christi. Quintum  
est, consideratio uilis seruitutis, in  
**Iob.41:1** qua superbus est. quia seruus dia-  
boli est, sicut dicit Iob. Ipse est rex  
super omnes filios superbiæ. Sextum  
est, consideratio districti iudicii quod  
spesialiter erit ad humiliandum su-

INSTITVTO. 201

perbos. Isa. Dies domini super om- Isa. 21.  
nem superbūm , & arrogāntēm , &c.  
Psal. Retribuet abundanter facientes Psal. 32.  
superbiām .

*Somnus quinque habet in se  
reprehensibilia.*

**P**rimum est, nimetas somni. Vnde in Proverbiis arguitur somnolentus his uerbis . Usquequo dormis piger , &c. Secundum est brutalitas, sīlicet, quando aliquis dormit ut porcus. Bernardus. Cauē seruē Dei in quantum potes , ne sit somnus tuus non requies lassī , sed sepultura corporis suffocati. Idem. Carnalis somnus & brutalis , & sicut dicitur Iēsus , abhominandus est seruo Dei. Tertium est tristitia in surgendo. Horasurgendi non te tristes , &c. Quartum est pigritia . Prou. Sicut uertitur ostium in cardine suo, sic piger in lectulo suo. Quintum est impor unitas somni, sīlicet, quando aliquis dormit, quando non eset dormiendum, sicut tempore orationis. Contra id dicebat Petrus . Sobrij estote , & uigilate in orationibus; uel in sermone , uel in aliquo opere. Et nota quod̄ duo sunt necessaria homini, ut debito modo

Prou. 6

Bernar.

Idem.

Eccl. 32

Prou. 26